Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliarium Pauli Diaconi - Cod. Aug. perg. 19

Paulus <Diaconus>

[S.l.], [9. Jh.]

In die depositionis anniversario cuius volveris defuncti fidelis: beatus Augustinus episcopus: Sermo

urn:nbn:de:bsz:31-6704

Visual Library

quibusdam matutini uermi
culi morsu ac duri dentis sig
nata cicatrice uitatur. & emor
tuo uirore pallescens. languidis
adgrauata ponderibus. laxata
folia demisit in terram. citius
peritura quam nata. Dedolu
it [iona] cucurbitę uirorem qui non do
luerat ciuitatem & ait.
Melius est mihi mori quam uiuere.
Cui dns ait. Si tu ualde irasceris
super cucurbita. Et dixit iona.
Doleo ego usq; ad mortem. Et ait
dns. Iona irasceris quia cum pec
catoribus non perdidi ciuitatem
in hac cucurbita propositam tibi
agnosce similitudinem.
Tu misericors es in opere alieno.
& me uis crudelem facere in opere
meo. Digni quidem erant pro
peccatis suis perire. sed si ab ini
quitate noluissent redire.
Nunc uero soluerunt iram meam
flebiles planctus. reuocauit
paenitentia quod prouocauerat
culpa. Uicerunt me fletibus
suis. quos punire disposueram
pro peccatis suis. Penitentia
ergo fratres kmi. refrigerium est
animae. Fornax peccatorum
conflans homines non exurens.
purificans animas non incendio
cremens. Ibi mors prouocatur
uincuntur inferi. interitus defi(cit).
Paenitentia languentium ma
ter est infirmorum adiutrix.
negotiatrix delinquentium.
Quod perierat inuenit. quod
fractum fuerat reficit.
Cuius interuentu gaudent pec
catores. exultans triumphat
& laetatur omps pater. qui reg
nat in saecula saeculorum. Amen

CXXXI IN DIE DEPOSITIONIS ANNIUERSARIO CUIUS UOLUERIS DEFUNCTI FIDELIS SER BEA AUG EPI.

TEMPUS QUOD
inter hominis mortem
& ultimam resur
rectionem interposi
tum est. animas abdi
tis receptaculis con
tinet. sicut unaquaeq;
digna uel requie uel
erumna pro eo quod sortita est
in carne cum uiueret. Neq;
negandum est defunctorum an
imas pietate suorum uiuenti
um reuelari. cum pro illis sacri
ficium mediatoris offertur.
uel elemosinae in ecclesia fiunt.
sed haec eis prosunt. qui cum ui
uerent haec sibi ut postea pos
sent prodesse meruerunt.
Est enim quidam uiuendi mo
dus nec tam bonus ut non requirat

ista post mortem. nec tam ma
lus ut ei non prosint ista p(ost)
mortem. Est uero talis in
bono ut his non indigeat.
Et rursus talis in malo ut nec
his ualeat cum haec uita tran
sierit adiuuari. Quocirca
hic omne meritum comparatur.
quo possit post hanc uitam re
leuari quispiam uel grauari.
Nemo autem praeparet quod
hic neglexit cum abierit dnm
promereri. Non igitur ista
quae pro defunctis commen
dandis frequentat ecclesia. il
li apostolicae sunt aduersa
sententiae qua dictum est.
Omnes enim adstabimus ante
tribunal xpi. ut ferat unus
quisq(ue) secundum ea quae per
corpus gessit siue bonum siue
malum. Quia etiam hoc
meritu sibi quisq(ue) cum in cor
pore uiueret comparauit. ut
ei possint ista prodesse.
Non enim omnibus prosunt.
Et quare non omnibus prosunt
nisi propter differentiam uitae
quam quisq(ue) gessit in corpore.
Cum ergo sacrificia siue altaris
siue quarumq(ue) elemosinarum
pro defunctis baptizatis omni
bus offeruntur. pro ualde bo
nis gratiarum actiones sunt.

Pro non ualde malis. propitiatio
nes sunt. Pro ualde malis etiam
si nulla sunt adiumenta mortuo
rum. qualescumq(ue) uiuorum con
solationes sunt. Quibus autem
prosunt. aut ad hoc prosunt ut sit
plena remissio. aut certe ut tolera
bilior fiat ipsa damnatio.
Post resurrectionem uero facto
uniuerso completoq(ue) iudicio.
suos fines habebunt ciuitates
duae una xpi altera diaboli.
Una bonorum. altera malorum.
Utraq(ue) tamen et angelorum et ho
minum. Istis uoluntas illis
facultas non poterit ulla esse
peccandi. uel ulla condicio mo
riendi. Istis aeterna uita uere
feliciterq(ue) uiuentibus. illis infe
liciter in aeterna morte sine mo
riendi potestate durantibus.
Quo utriq(ue) sine fine. sed in beati
tudine isti alius alio praestabilius.
in miserice uero illi alius alio
tollerabilius permanebunt.

CXXXII

Unde supra.

IAM UERO DE RESURREC
tione carnis non sicut quidam
reuixerunt iterumq(ue) sunt
mortui. sed in aeternam uitam
sicut xps resurrexit. quemad
modum possim breuiter dispu
tare. et omnibus quaestionibus
quae de hac re moueri assolent